

262

etiam. Ille ad deum clamat quod sua desideria ad deum dirigit. ut sicut prius desiderauerat terrena sic postmodum desideret celestia. **Vnde** Augustinus. O si possemus homines excitare. et cum illis pariter excitari ut tales essemus amatores vite permanentis quales fuimus amatores vite fugientis. Cum tali desiderio clamauit propheta dicens. Clamavi in toto corde meo exaudi me domine a cetera. Et benedixit in toto corde quia scilicet in suis orationibus habuit intellectum et affectum. intentionem et deuotionem. **Comit. primo.** Orabo spiritu orabo a mente. Alij clamant in medio corde. scilicet qui habent intentionem et deuotionem nullam. **Exe. xi.** diuisum est cor eorum a cetera. Alij autem cum nullo corde. scilicet qui nullam intentionem aut deuotionem habent. **Ps. xv.** Populus labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me. Tertio patet curatur per puram confessionem quod notatur in hoc quod dominus dixit leprosis. **Ita** ostendite vos sacerdotibus. Et current mundati sunt in via. quia deus virtute contritionis peccatores mundat interiorius. priusquam a sacerdote absoluantur exteriorius. Hoc etiam patet in leproso quem dominus tangendo curauit ut postea sacerdoti se representet. et sacrificium offerat quod precepit moyses sicut habetur **Matth. viii.** Tunc autem leprosus a domino tangitur quam

do peccator expungitur. et tunc sacerdoti se representat. quod de peccata sua confitendo manifestat. Et tunc vero sacrificium offert quando satisfactionem complet. **Ps. lxxviii.** Dixi confitebor aduersus me in iniquitatem meam domino dixi. hoc est firmiter in animo statui. **Augustinus.** Magna pietas dei quod ad solam permissionem peccata dimittit. **Rudum** pronuntiat ore. et tamen deus audit in corde. **Tertio** patet cura omnis effectus quia fuit in corpore anima perfecta sanatio. quod notat in illo qui rediit. Cui dominus dixit. Fides tua saluum te fecit. ubi notatur quod priusquam leprosi sanarentur clamauerunt et post sanationem ille clamauit ad dominum. **Vnde** dicitur. Recusis enim magna voce ad inueniendum quod ad deum clamare debemus ut sanemur et in sanitate commuemur. **Et** merito. Quatuor enim de causis homo clamare consuevit scilicet a fame ignis. a violentia furis. ab impetu aqua eua a terra exiliu. In nocte quod dem est ignis concupiscentie. **Job. xxxi.** Ignis est usque ad consumationem deuoras. Sed felix est qui dicere potest **Eccle. li.** In medio ignis non sum estiuatus. Contra hunc ignem debemus ad dominum clamare. **Johel. ii.** Ad te domine clamabo: quia ignis comedit spiritum sanctum de se. Et petere aquam lacrimarum que hunc ignem extinguit. **Vnde** etiam dicitur **Ecclesiastica tertio.** Ignem